



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Nuptiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

*Fufus: stnem crediderim. Si vero tabula hujus feriem quis delineari sibi cupierit, ita picturam digeramus, ut Clotho vestem induta versicolore, cum corona septem stellis insignita colum teneat ingentem admodum. Lachesis veste passim stellata in signis, in pendentium magno numero fusorum fila immisis, modo hunc, modo illum torquere videatur, utraq; palma ad torturam composita. Atropos atrata insultet filis forfice detruendis. Fusi solo passim jaceant, alii modico, alii plurimo obvoluti stamine. Fila variis sint picta coloribus. Minime vero dissimulanda sunt, quæ filo super ex Divinis literis tradit Hesichius: subtegmen qui idem mortalium intentionem indicare, stamen vero Deum, utpote firmius, eaq; gratia quæ stabilis atque incommutabilis in nobis permanet, quæ nolite intentionis subtegmen admittit, ut boni operis indumentum contextatur.*

## NUPTIÆ. CAP. XXV.

Quod vero colus & Fufus novam nuptam indicet, aliquis forte dubitarit. Sciendum autem id inde sumptum boni ominis causa, quod C. Cæciliæ, quo alio nomine Tanaquil Tarquinii Prisci uxor fuit, lana cum colu & fuso in templo M. Anci diutissime adservata perduravit, cujus rei mentionem facit Varro. Et quoniam res Tanaquil feliciter cessit, institutum ut nubentes virgines comitaretur colus corrupta, & fufus cum stamine. Hinc gratulari libet antiquitati patriæ meæ: ubi toto territorio adhuc hujusmodi observatur, ut postero die quo nova nupta traducta fuerit, mane præsto sint domestici conjunctiores sponso, cum colu & fuso, quos novæ nuptæ offerant, armaq; alia quibus opus aliquod domesticum fieri soleat: quamquam vulgus interpretatur id ea de causa fieri, quasi subinvicere velint, hesternum quidem diem & genialem & festum fuisse, postero autem ad officia muliebria redeundum. Nam & alibi de olla meminimus, quam nova nupta postero à nuptiis die jubebatur à focu petere, quam illa peracerbe conviciis etiam superadditis abnegaret. Sedenim tam per vulgatus de colo fusoque mos antiquitatem illam sapere mihi videtur.



*Colus & fufus nove nuptæ dantur, & quare. Bellunensium mos in solennibus novarum nuptiarum.*

## PAULATIM QUID EFFECTUM. CAP. XXVI.

Separatim autem per fufum glomo obvolutum, sunt qui paulatim quid effectum intelligant, quod apud veteres nusquam inveni. Nam fila ipsa dum nentur, paulatim coeunt, sensimque torquentur, & ex molli vellere linove per patientissimam contationem in eam soliditatem ac firmitudinem, quæ operibus faciendis apta sit & idonea, coalescunt.

## MORS. CAP. XXVII.

*An quod Jovis & Themidis filia perhibentur.  $\lambda\alpha\upsilon\gamma\alpha\mu\alpha$  fortior, quia omnium fortis moderatur. Atropos qui mutari aut verti nequitur: Clotho, quod omnia coordinat.*

At colus atque pensa tantum, staminibus abruptis, mortis habere significationem tradunt, vulgata quam citavimus Parcarum fabula, quarum munus esse diximus, suum unicuique rei finem præscribere: inde etiam ficto nomine, quod, ubi fatalis advenerit dies, nemini parcant. De vi autem earum, quam  $\alpha\upsilon\tau\alpha\tau\epsilon\sigma\phi\omicron\upsilon\upsilon$  esse dicit Plato, nos inconvertibilem dicere possumus, quoque pacto non circa stabilem corporis sanitatem tantum, verum etiam ad animos in legum cultum & observantiam inducendos munus exercent suum, quin legibus & sanctionibus firmam præsent incolunitatem, duodecimo Legum libro circa finem Plato differit, ibidemque interpretes de fixarum stellarum orbe multa. Lachesis quippe firmamentum esse (ut superiorum fabulam apertius interpre-

